

D. Careg D. Amado Polano
 Salutem. Reverende frater: Per hunc vetulum Si-
 cesiam Mercurium visum est te facere certiore de Apo-
 stata (ut semio, qui tractatulum nuper edidit: De despe-
 rata Calviniana causa). Fuit alumnus Wesaliensium cuius-
 triennium in Academia nostra morans benefeci et
 augmentum ~~de~~ stipendij à Patronis impetrari. In peregrin-
 natione Aurelijs descendit ad Papistas: et ad perfidiam es-
 suendam notam omnibus nostris vivis et mortuis maledixit di-
 cto tractatulo magis quam ullus Apostata. Praeci me nos
 Heidelbergenses traduxit: etiam de illam Euchar-
 ristiam, aliquando apud nos bene compositam, calumniose
 traduxit. Homo est ad hypocrisis naty et compositus. Praeter
 alios apostasiae praetextu communes novum invenit, quod, qui-
 cumq; nostrum spirituale connubiū cum carnali commutarunt
 (ita loquitur) habuerint vel sterile, vel infelix matrimo-
 nium. Exempla quaedam producit in literis privatis ad Syn-
 dicum Wesaliensem, et Apologiam ad eundem Senatorem.
 quibus ad me missis ego responsum paravi, alieno nomine. Hoc
 scribo, ut historiam ex parte sciat: nec exempla ma-
 gnifaciant vestri, si quid audieritis. Hoc addo: Deduxit No-
 bilem suum, cui obrepserat, Melchiorum à Reichenberg.
 Sedis à Parente ad nos missus in meo convicta adhuc ha-
 rens reliquit, nostrisq; Ecclesiis constanter dedit. Valepla-
 rimum, mi frater: atq; ex me venerandum Dominum
 Socerum tuum saluta officiosissime. De nostris taceo:
 quia divina gratia stant suo loco. Heidelbergae. 13 Octob.
 1609.